

# MISSAE IN AGENDA DEFUNCTORUM

Tantum deservientes,

EX MISSALI ROMANO

Recognito desumptae, cum Ordinario, &  
Canone, ut in ipsis servatur:

AD USUM, ET COMMODITATEM  
OMNIUM ECCLESiarum.



Sancta. & salubris est cogitatio pro defunctis exorare : ut a peccatis  
solvantur. 2. Machabæor. 12.

TYRNAVIAE

Ex Typographia Academica Societatis JESU, 1741.

ORAVSKÉ  
MÚZEUM  
P.O. HVIEZDOSLAVA

ORAVSKÉ  
MÚZEUM  
P.O. HVIEZDOSLAVA

# ORDO MISSÆ

## PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos paratus, cùm ingreditur ad Altare, factâ illi debitâ reverentiâ, signat se signo Crucis à fronte ad pectus, & clarâ voce dicit:



N Nômine Pátris,  
& Filii, & Spíritus Sancti, Amen.

Deinde junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam. Introibo ad Altare Dei.

Ministri respondent: Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Signat se dicens V. Adjutorium nostrum in nômine Domini. Rx. Qui fecit cœlum, & terram.

Deinde junctis manibus, profundè inclinatus facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipotenti, beátæ Mariæ semper Virgini, &c. Percutit sibi pectus ter, dicens: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideò precor beátam Mariam semper Virginem, &c.

Ministri respondent:  
Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perdūcat te ad vitam æternam. Sacerdos dicit, Amen.

Et erigit se. Deinde Ministri repetunt Confessionem: & ubi à Sacerdote dicebatur: vobis fratres, & vos fratres; à Ministris dicitur: tibi Pater, & te Pater.

Postea Sacerdos junctis manibus facit absolutionem, dicens:

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. Rx. Amen.

Signat se signo Crucis dicens: Indulgéntiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens, & misericors Dominus. Rx. Amen.

Et inclinatus prosequitur: V. Deus tu conversus vivificabis nos.

Rx. Et plebs tua lætabitur in te.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Rx. Et salutare tuum da nobis. V. Domine exaudi orationem meam.

Rx. Et clamor meus ad te véniat.

cum Beatis Apostolis tuis,  
Petro, & Paulo, atque  
Andréa, & ómnibus San-  
ctis, Signat se cum Pate-  
na à fronte ad pectus, &  
eam osculatur: da propí-  
tius pacem in diébus no-  
stris: ut ope misericór-  
diæ tuæ adjuti, & à pec-  
cato simus semper libe-  
ri, & ab omni perturba-  
tione securi. Submittit  
Paternam Hostiæ, disco-  
operit Calicem, genufle-  
xit, surgit, accipit Ho-  
stiæ, frangit eam super  
Calicem, per medium,  
dicens: Per cumdem Dó-  
minum nostrum Jesum  
Christum, Fílium tuum.

**Panem, quæ in dextera  
est, ponit super Patenam.  
Deinde ex parte, quæ in  
sinistra remansit, frangit  
particulam, dicens: Qui  
tecum vivit, & regnat in  
unitate Spíritus Sancti**

**Deus Aliam medium  
partem cum ipsa sinistra  
ponit super Patenam, &  
dextera tenens particu-  
lam super Calice, sinistra  
Calicem, dicit:**

# Cum ipsa particula si- gnat ter super Calicem, dicens:

Pax Domini sit semper vobis cum spiritu tuo o.  
Rx. Et cum

Particulam ipsam im-  
mittit in Calicem, dicens  
secreta:

**H**Æc commíxtio, &  
consecrátio Córpo-  
ris, & Sánguinis Dómini

noſtri Jeſu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam, Amen.

**C**ooperit Calicem, genuflectit, surgit, & inclinatus Sacramento, junctis manibus, & ter percutiens, dicit:

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam.

**D**einde junctis manibus super Altare, inclinatus dicit sequentes.

**O**rationes:

**D**omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per

hoc facrosanctum Corpus, & Sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis, & univeris malis: & fac me cuissimum per inhærente mandatis, & à te nunquam separari permittas. Qui cum cōdem Deo Patre, & Spīritu Sancto vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum, Amen.

**P**ercéptio Corporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus sumere præsumo, non mihi provéniat in iudicium, & condemnationem: sed pro tua pietate prospicit mihi ad tutamentum nientis, & corporis, & ad medelam percipiendam. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

**E**go

sed signifer Sanctus Michaël repræsentet eas in lucem sanctam: \* Quam olim Abrahæ promisisti, & semini ejus. **V.** Hóstias, & preces tibi Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hodie memóriam fácumus: fac eas Dómine de morte transire ad vitam. Quam olim.

**Secreta.**

**H**óstias, quæsumus Dómine, quas tibi pro animábus famulorum, famularumque tuarum offérimus, propitiatus intende: ut quibus fídei Christiánæ méritum contulisti, dones, & præmium. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Lux æterna luceat eis Dómine, \* Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es. **V.** Réquiem æternam dona eis Dómine: & lux perpétua luceat eis. Cum Sanctis tuis.

**Postcommunio.**

**A**Nimábus, quæsumus Dómine, famulorum, famularumque tuarum oratio proficiat supplicántium: ut eas & à peccatis omnibus éxuas, & tuæ redemptiōnis fácias esse partípates. **Qui vivis, & regnas cum Deo Patre.**

**D**icitur Dóminus vobiscum: dicitur, Requiescant in pac. **R.** Amen. & non datur benedictio: sed dicitur secretò: Placeat tibi Santa Trinitas: & osculato Altari, legitur Evan-

gelium S. Joannis, In principio erat Verbum, ut moris est.

**IN DIE OBITUS, SEU Depositionis Defuncti****Introitus.**

Equiem æternam dona eis Dómine: & lux perpétua luceat eis.

**P**salm. 64. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Jerúsaalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. **R**equiem æternam.

**Oratio.**

**D**EUS, cui próprium est misericordia, semper & párcere, te súpplices exoramus pro ánimā fámuli tui **N.** quam hodie de hoc sæculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed júbeas eam à Sanctis Angelis súscipi, & ad pátriam Paradísi perdúci: ut, quia in te speravit, & crēdidit, non pœnas inférni sustineat, sed gaudia æterna possideat. **P**er Dóminum nostrum Iesum Christum. **L**ectio Epistolæ B. Pauli Apóstoli ad Thesflonicénfes.

*1. Thes. 4. c.*

**F**ratres: Nólumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristémini, sicut & ceteri, qui spem non habent. Si enim crēdimus, quod Jesus mórtuus est, & resurréxit: ita

**Communio.** Lux æterna luceat eis Dómine, \* Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es. **v.** Réquiem æternam dona eis Dómine: & lux perpétua luceat eis. Cum Sanctis.

**Postcommunio.**

**P**ræsta, quæsumus omnipo-tens Deus: ut áнима fámuli tui N. quæ hódie de hoc sæculo migravít, his sacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam, páriter & réquiem cápiat sempiternam. Per Dóminum nostrum.

**S**In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis defuncti, dicitur **Missa ut suprà, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut infrà.**

**Oratio.**

**Q**uæsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui N. cuius depositionis diem tértium, **vel** septimum, **vel** trigesimum, commemoramus, sanctorum, atque electorum tuorum largiri dignèris consortium: & rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per Dóminum nostrum.

**Secreta.**

**M**unera, quæsumus Dómino-ne, quæ tibi pro ánimæ fámuli tui N. offérimus, placatus inténde: ut remédiis purgata cœlestibus, in tua pietate re-quíescat. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio.**

**S**uscipe, Dómine, preces nostras pro ánimæ fámuli tui N. ut, si quæ ei máculæ de terrénis contagiis adhæserunt, remissionis tuæ misericordia deleantur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

**IN ANNIVERSARIO****Defunctorum.****Introitus.**

Equiém æternam do-na eis Dómine: & lux perpétua luceat eis.

**Psalm. 64.** Te de-cet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro véniet. Requiem æternam.

**Oratio.**

**D**eus indulgentiarum Dómi-ne, da animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium deposi-tionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & lumen claritatem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

**Lectio libri Machabæorum.**

*2. Machab. 12.g.*

**I**n diebus illis: Vir fortissimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offéri pro peccatis mortuorum sacrifi-

**G**icum,

# Orationes diversæ pro Defunctis.

29

## Pro omnibus fidelibus defunctis. Secreta.

**H**ostias, quæsumus Dómine,  
quas tibi pro animâbus fa-  
mularum, famularumque tuâ-  
rum offérimus, propitiatus in-  
tendé: ut quibus fidei Christia-  
næ méritum contulisti, dones  
& præmium. Per Dóminum  
nostrum.

**Communio.** Lux æterna luceat  
eis Dómine, \* Cum Sanctis tuis in  
æternum: quia pius es. **X.** Ré-  
quiem æternam dona eis Dómine:  
& lux perpétua luceat eis. Cum  
Sanctis.

## Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus.

**D**roxit, quæsumus Dómine,  
animâbus famularum tuô-  
rum Pontificum, seu Sacerdô-  
ti, misericordiæ tuæ implo-  
ta cleméntia: ut ejus, in quo  
eravérunt, & credidérunt,  
térnum cápiant te miserânte  
consortium. Per Dóminum  
nostrum.

**Pro defunctis fratribus, pro-  
pinquis, & benefactoribus.**

**P**raesta quæsumus omnipo-  
tentem, & misericors Deus:  
ut animæ fratrum, propinquò-  
rum, & benefactorum nostrò-  
rum, pro quibus hoc sacrifi-  
cium laudis tuæ obtulimus Ma-

festati; per hujus virtutem Sa-  
cramenti à peccatis omnibus ex-  
piatæ, lucis perpétuæ, te mis-  
erante, recipiant beatitudinem.

## Pro omnibus fidelibus de- functis.

**A**Nimâbus, quæsumus Dó-  
mine, famularum, famu-  
larumque tuârum oratio profi-  
ciat supplicântium: ut eas & à  
peccatis omnibus éxuas, & tuæ  
redemptionis fâcias esse partici-  
pes. Qui vivis, & regnas cum  
Deo Patre.

**Epistolæ, & Evangelia su-  
perius posita in una Missa pro De-  
functis dici possunt etiam in alia  
Missa similiter pro Defunctis.**

## ORATIONES DIVERSÆ Pro Defunctis.

**In die depositionis, & an-  
niversario Summi Pontificis, di-  
citur prima Missa, ut suprà  
pag. 21. præter Orationes, quæ  
dicuntur, ut infra.**



**Oratio.**  
Eus, qui inter Sum-  
mos Sacerdotes fa-  
mulum tuum N.in-  
effabili tua disposi-  
tione connumerari voluisti: præ-  
sta quæsumus; ut, qui unigéni-  
ti Filii tui vices in terris gerê-  
bat, Sanctorum tuorum Ponti-

**H**oc officium  
ORAVSKÉ MUZEUM  
P.O. Hviezdoslava

## Postcommunio.

**S**upplices, Domine, pro animabus famulorum, famularumque tuarum preces effundi mus, obsecrantes: ut quidquid conversatione contraxerunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium

constitutas redemptorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

## DE MISSIS PRO DEFUNCTIS.

Ex Thesauro Sacrorum Rituum Adm. R. P. D. Bartholomai Gavanti, Congregat. Cler. S. Pauli, & Saer. Rit. Congr. Consultoris.

## DE MISSIS DE REQUIEM.

## Communia Missæ Solemni, &amp; priuatæ.

1. Salmi præparationis ad Missam con gruentius omittuntur.  
2. Non dicitur Psal. **Judica Re** quiem æternam dona eis. In tota Missa dicitur semper in numero plurali.

3. Non signat se Sacerdos in introitu, sed facit signum Crucis super librum.

4. Non dicitur **Gloria in excelsis**.

5. Unica oratio dicitur, in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum; in die Depositio nis, & Tertio, Septimo, Trigesimo, & anniver sario Defuncti.

6. Nunquam nominatur dies quartus, quintus, sextus, nonus, & alii, intra Trigesimum, in oratione.

7. Quando plures dicuntur orationes, puta secundo loco pro Patre, & Matre Sacerdotis, vel pro Benefactoribus, ultima est, **Fidelium**, genera lis pro omnibus.

8. Oratio pro Patre, & Matre Sacerdotis, non dicitur pro aliorum Patre, &c. & quando dicitur pro altero tantum, five Patre, five Matre, semper dicitur in initio Collectæ: **qui nos Patrem, & Ma trem honorare præcepisti**.

9. Nulla dicitur Oratio pro vivis; neque, etiam si sit communis vivis, & defunctis.

10. In Tertio, Septimo, Trigesimo, & Anni versario die Patre, Cardinalis, Episcopi, & Sacer dotis dicitur Oratio, quæ in die Depositionis.

11. In Orationibus exigit nomen proprium Defuncti, si est persona nobilis, vel insignis, vel si sit consuetudo nominandi omnes.

12. Epistola, & Evangelium sunt ad libitum celebrantibus, ut dicitur in Rubr. Missalis; decet ta men ea dicit, prout in Missali distributa.

13. Epistola, & Evangelium primæ Missæ dicuntur in Missis pro Papa, Cardinali, Episcopo, & Prelatis, etiam Regularium: secundæ vero Missæ congruentius dicuntur in Missis pro Sacerdotibus inferioris ordinis.

14. **Sequentia** semper, quando dicitur unica oratio. In aliis Missis, ubi plures dicuntur, ad libitum ea recitatur.

15. Non petitur benedictio ante Evangelium. Non osculatur celebrans librum, neque dicitur.

16. **Per Evangelica dicta, &c.**

17. Non dicitur **Credo**, non benedicitur aqua in Calicem fundenda, dicitur autem Oratio, **Deus, qui humanæ, &c.**

18. Ad lavabo omittitur **Gloria Patri**, neque vice illius dicitur **Requiem**.

19. Præfatio semper communis dicitur.

20. Ad **Agnus Dei**, dicitur, **Dona eis Re quiem, & tertio additur, sempiternam**: neque pe culitus percutitur.

21. Omittitur prima Oratio, **Domine Jesu Christe**, neque datur **PAX**.

22. Dicitur in fine semper, **Requiescant in pace**, licet pro uno fiat officium Missæ.

23. Non datur Benedictio, sed dicto **Placeat**, osculatōque Altari, dicitur semper Evangelium S. Joannis.

24. Si fiat communio populi intra Missam, adhuc nulla datur illi benedictio.

25. **Hanc unctionem, & Psalt. post Missam pro gratiarum actione dicuntur cum Gloria Patri**, ut alias.

26. In die commemorationis omnium fidelium Defunctorum, sacrificia quacumque debent applicari omnibus Defunctis, ex intentione Ecclesiæ; & consequenter cessant eo die omnes aliae obligatio nes diei annexæ pro particularibus Defunctis.

27. Ia

27. In Missis de vivis commo<sup>re</sup>lio pro De-  
functis penultimum semper habet una, nempe,  
vel secundum, vel quartum, vel sextum.

28. Prohibitæ sunt ex Missæ, quæ titulum  
habent S. Gregorii, pro Defunctis, à Sacr. Rituum  
Congregat. 8. April., 1628.

## Propria Missarum solemnum pro Defunctis.

29. **P**rima die Mensis non impedita festo novem  
lectionum, dicitur Missa principalis cum  
tribus orationibus, ut in quotidianis Defunctorum.

30. Si vero ea die occurrat Festum simplex,  
vel feria, quæ propriam habet Missam, aut resu-  
menda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ suit  
impedita, & infra Hebdomadam alias dies non oc-  
currat, in quo resumi posse, aut anticipanda sit  
Missa Dominicæ sequentis; in Ecclesiis Cathedra-  
libus, & Collegiatis, dicuntur duæ Missæ, una pro  
Defunctis, alia de Festo simplici, vel Feria præ-  
dicta, sed (heu!) negligitur hæc Rubrica.

31. In Ecclesiis Regularium, & aliorum dici-  
tur Missa de die cum Oratione **Fideliūm**.

32. Feriâ secund. jusque Hebdomadæ, in  
qua officium fit de Feria, Missa principalis dici po-  
test pro Defunctis, ut in quotidianis Defunctorum,  
omissa eâ, quæ concordat cum officio.

33. Si occurrat Anniversarium, vel aliud offi-  
cium pro Defunctis in Feria prædicta, & pro Missa  
conventuali dicatur Missa generaliter pro Defun-  
ctis, cantantur eo casu duæ Missæ; altera, quæ di-  
cur quasi de die pro Defunctis generaliter; altera,  
po Anniversario, vel officio, &c.

34. Si eadem die occurrat Festum simplex,  
at Feria, propriam habens missam, aut resumen-  
dissit Missa Dominicæ præcedentis, aut anticipan-  
d: Missa Dominicæ sequentis, ut suprà, in Missa  
de die, fiat commemoratio, ut dictum est, pro  
Dunctis.

35. In Adventu, Quadragesima, tempore Pa-  
scali, nulla habetur ratio prædictæ diei primæ  
missis respectu Defunctorum.

36. In Quadragesima, & tempore Paschali  
non habetur ratio prædictæ feriæ secundæ in Ad-  
ventu habetur.

37. Quando per annum est officium novem  
lectionum de Sancto, non dicitur Missa Conven-  
tuas pro Defunctis (nisi in die Depositionis De-  
funt, & in Anniversario pro Defunctis) neque pro  
eis commemoratione; Idem fit in Quadragesima, &  
tempore Paschali.

38. In die Depositionis, & Anniversario ita  
dici post Missa Conventualis, ut non omittatur  
tamen illa de die, ratione cuius Canonici lucran-  
tut distributiones, ex Decreto Sac. Rit. Congr.  
25. Junii 1611.

39. In Paræcœve non potest cantari Missa pro  
Defunctis.

40. In Sabbatho sancto potest, peractis offi-  
ciis de , & ubi est mos sepeliendi Defunctos  
cum Mi.

41. In die Paschæ non convenit cantare Mis-  
sam de **Requiem**, sed differantur exequiæ potius  
in sequentem diem, si Missa requiritur.

42. In Dominicis, & Festis de præcepto, pra-  
sente corpore, concedit missam solemnem Sacra Rit-  
uum Congregatio 23. Maii 1603. & Rit. Rom.  
cit. de Exequiis.

43. Non tamen in Festis primæ classis, ex Ri-  
tuali Romano.

44. Si contingat Anniversaria dies, Tertia,  
Septima, Trigesima in die Festo, transferatur Mis-  
sa in sequentem, seu melius, (ne patientur animæ)  
in præcedentem diem.

45. Quodsi agatur de mutatione longiori ad  
tempus, seu perpetua, consulantur illi, qui pos-  
sunt ultimas commutare voluntates.

46. Quandocumque pro Defunctis solemniter  
celebratur, dicitur una tantum oratio, etiam ex-  
tra diem Depositionis, diem Tertium, Septimum,  
Trigesimum, & Anniversarium: intellige **solemniter**,  
id est: cum apparatu: ne pugnet Rubrica contra  
Rubricam de Missa solemnni pro prima die mensis,  
aut Feria secunda hebdomadæ, in qua tres dici de-  
bent orationes.

47. Hora celebrandi Missam solemnem Defun-  
ctorum est, vel post Primam, vel post Laudes of-  
ficii Defunctorum, ubi dicuntur ex manæ post Ma-  
tutinum diei, hoc est: ante Primam.

48. In die Commemorationis omnium Defun-  
ctorum dicitur post Nonam, cantata post Tertiam,  
alterâ de Octava.

49. In die Depositionis, vel Tertio, Septimo,  
Trigesimo, aut Anniversario solemnii cum populi  
concurso, potest dici post Nonam.

50. Non incensatur Altare, nisi ad oblationem,  
& postea Altare, & celebrans solus.

51. Subdiaconus non osculatur manum **cele-  
brantis**, nec benedicitur, neque tenet Patenam;  
sed ministrat celebranti cum incensat, & manus  
lavat, & incensat Sacramentum, cum elevatur;  
neque defert librum osculandum celebranti.

52. Diaconus non petit benedictionem, nec  
osculatur celebrantis manum; non incensat librum,  
nec in fine Evangelii celebranter.

53. Acolythi non portant luminaria ad Evan-  
gelium, neque thuribulum; stant tamen, ut aliâs,  
penes medium Subdiaconum sustinentem librum  
Evangeliorum.

54. Nullus è Ministris, cum aliquid porri-  
gunt celebranti, ejus manum, aut rem osculatur.

55. In Choro genuflectunt omnes ad Con-  
fessionem, ad orationes, & dicto per Celebrantem  
**Sanctus**, usque ad **Pax Domini**, & ad orationes,  
post communionem; in reliquis sedent, aut stant,  
ut in aliis Missis.

56. Sermo fit post Missam ante Absolutionem;  
& ante sermonem induitur celebrans pluviale, &  
Ministri cum eo deponunt manipulos.

57. In Absolutione hæc notanda. Subdiaconus  
gestet Crucem, ita ut Crucifixus sibi terga sem-  
per vertat.

# De Missis pro Defunctis.

58. Sistat se inter lecticam , & portam Ecclesie , si lectica est inter Altare majus , & portam ; si alibi , eandem proportionem servet . Acolyti cum candelabris hinc inde .

59. Celebrans sistat se , ubi capite tecto descendereit de Altari , inter Altare , & lecticam , aliquantum versus cornu Epistolae , & propè ipsum à sinistris Diaconus , & Acolyti cum aqua benedicta , & incenso .

60. Incensum benedicitur , & imponitur in thuribulum circa finem Responsoriū .

61. Antequam asperget , vel incenset , Celebrans cum Diacono à dextris faciat reverentiam Altari , ut in Missa , & item Crucis Subdiaconi , dum circuit lecticam ; celebrans quidem capite tantum inclinato , Diaconus autem flexo genu : ter à dextris , ter à sinistris aspergit & incensat .

62. Diaconus tenet librum ; Celebrans orat manibus junctis , & in fine facit manu dextra signum Crucis super lecticam , dicens : **Requiem** , &c. Cantores dicunt : **Requiescant in pace** : licet pro uno fiat Absolutio .

## Propria Missarum privatarum pro Defunctis.

63. Convenit , ut prima die mensis , ut supra , fiat saltem commemoratio generalis pro Defunctis in Missa de Festo simplici , seu de Feria , & item in Feriis secundis respectivè .

64. Missæ de **Requiem** privatæ quoquæ die dici possunt , præterquam in Dominicis , & Festis duplicitibus , in quibus neque præsente corpore dici debent .

65. Non possunt dici in diebus , quibus , prohibetur fieri Officium Duplex de Sancto , ex Decreto Sacr. Rituum Congregat . 28. Augusti 1627. hoc est : in Oct. Epiphanie , Paschatis , & Pentecostes , in Fer. 4. Cinerum , in Hebdomada majori , in Vigiliis Nativitatis Domini , & Pentecostes .

66. Si Festum duplex cadat in diem assignatum pro Altari privilegiato , & illud sit Festum de-

præcepto **Altitudo** in eo Altari dici Missa de **Requiem** . Rit. Congreg. 24. Aprilis 1627.

67. In Festo duplice , non de præcepto , celebri ali quando possunt Missæ de **Requiem** , ut implentur voluntates Defunctorum . Eadem 1. Sept. 1617. die 20. Junii 1626. non ait , ad arbitrium vivorum ; neque tolerantia fieri lex debet , aut consuetudo nimia contra leges Ecclesiasticas .

68. Potest pro missa de **Requiem** dici Missa de Sancto , vel de Feria currente , si majori devotione afficiamur in his missis ; & multo magis , si rubrica obstent , quibus est magis obediendum . Probat Gavant . fusè tomo I. part. 3. titul. 12. num. 20. & seqq.

69. Missæ triginta S. Gregorii non sunt prohibite , Sacr. Rituum . Congregat . 28. Octobr. 1618-

70. Dici debent hoc modo , ex eodem S. Gregor. Dialog. cap. 55. nimur : per triginta dies continuos ab uno , sive à pluribus successive Sacerdotibus : recitatâ missâ , quæ occurrit , vel de **Requiem** , juxta Rubricas Missalis : cum applicatione Sacrificii animæ illi , pro qua dicuntur .

71. Si intra hos triginta dies occurrat Parasceve cum Sabbatho Sancto , imò etiam Feria V. in Cœna Domini ; non tamen dicuntur triginta dies discontinuari ; quia Ecclesia prohibet celebrationem Missæ duabus primis predictis diebus , & in Feria V. Cœna jubet communionem Sacerdotum in una Missa solemini . Qui verò celebrant in Feria V. & Sabbatho predictis , possunt continuare triginta dies , omisso die Parasceves , in quo non proprie fit Sacrificium .

72. Si dicantur XXX. Missæ uno die , vel pluribus discontinuatis diebus , proderunt quidem ; id non ex institutione S. Gregorii , de qua in Dialogo loco citato .

73. Eodem modo , si intra XXX. Missas asannumeres , quas ter in die Nativitatis Dominilebrabis . Sufficit enim , ut eo die unam Missam , titulo Missarum S. Gregorii , pro defuncto fas : alias duas , pro quibus volueris . Fusiùs hæc gavantus in Tomo primo Thesauri Sacr. Rituum .

**F I N I S.**